



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

VI. Kaiser Ludwig fordert den Markgrafen Ludwig auf, den Pfarrer Heinrich zu Neustadt-Eberswalde zu veranlassen, in Betreff des ermordeten Probstes von Bernau, seines Bruders, die ihm zuerkannte Buße ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

felicis recordationis, altare in ecclesia sancte Marie in nouo foro civitatis Berlin construximus, fundauimus, fundamus, erigimus nostrisque bonis videlicet de tredecim libris denariorum Brandenburgensium in moneta Berlinensi. Renunciamus eciam omni iuri et vtilitati, que vel quod nobis, nostris heredibus aut successoribus vniuersis potest et possent modis vel viis aliquibus in posterum suffragari. In cuius testimonium etc.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives.

VI. Kaiser Ludwig fordert den Markgrafen Ludwig auf, den Pfarrer Heinrich zu Neustadt-Eberswalde zu veranlassen, in Betreff des ermordeten Propstes von Bernau, seines Bruders, die ihm zuerkannte Buße anzunehmen, damit Berlin und Cöln vom Interdicte befreiet werden, am 17. März 1334.

Ludouicus, dei gratia Rom. imperator, semper Augustus, illustri Ludouico Marchioni Brandenburgensi, primogenito suo carissimo, gratiam suam et omne bonum. Nostre jam sepius innotuit majestati, quod ciuitates Berlin et Colna et tota uniuersitas ibidem ex parte Henrici, curati parochialis ecclesie in Euerswalde, occasione cuiusdam homicidii in persona fratris sui hinc retro perpetrati interdictorum et sententiarum plurium in non modicum detrimentum salutis animarum hominum inibi habitantium jam longo tempore ruinas periculosas sustinuerunt, et nichilominus adhuc per subtractionem diuini cultus et aliorum ministeriorum dispendia multifaria patiantur, ex eo quod prefatus Henricus emendam, quam sibi rei homicidii presati semper fuerunt et sunt parati facere, hucusque recusauit et refutauit recipere debitam et condignam. Cum vero nec iuri nec rationi aliquatiter consonum videatur, quod propter aliquem talem casum priuatam, maxime cum emenda et satisfactio offertur per nocentes, que in iure vel arbitrio boni vel bonorum virorum per omnia reputatur sufficiens et habudans, Christi fideles sub tantis tenebrarum erroribus tanto spatio temporis debeant educari ullo modo; Idcirco dilectionem tuam seriosissime requirimus et hortamur, nichilominus districtius injungentes, quatenus prefatum Henricum ad presentiam tui statim studeas citare et literis tuis presentialiter euocare statuendo sibi terminum duorum mensium vel alium arctum et competentem, infra quem acceptet et capiet emendam, quam sibi sapientes predictorum locorum super prefato homicidio vel super his, que ei ex eodem emergenti competere possent, duxerint arbitrandam. Quod si facere fortasse renuerit extunc ad priuationem officii sui efficaciter procedas, nulla consideratione alia ulterius citra hoc expectata, et hoc ipsum beneficium Henrico de Tfuden conferas indilate, ut ibidem Deo et suis fidelibus valeat diuinitus famulari. Insuper mandamus tibi firmissime quatenus venerabilem Episcopum Brandenburg. inducas et si opus fuerit . . . habeas, ut ad priuationem predicti Henrici etiam procedat et Henricum de Tfuden de eadem ecclesia inuestiat, Dei et nostro intuitu sibi donum altaris et curam animarum liberaliter conferendo, harum testimonio literarum, Datum Nurenberch feria IV. proxima ante Palmas anno Dni. M^o. CCC^o. XXXIV^o.

Original im Geh. Staats-Archive. — Gercken Cod. III, 94—96.